



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

41 Possessorium super Decimis coram iudice laico intentari potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XXXV. *Dub. 33.*

35 **Q**uod si aliquid emittitur pacto de retrovendendo simulate, animo magis mutandi, quam emendi, & mortaliter peccat, & usuram committit. Qui autem minoris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum pretium diminuit, peccat quidem peccato iniustitiæ, sed non usuræ coram Deo: licet aliquando coram hominibus præsumatur usuræ ex Nau. in Man. c. 17. nu. 247.

DECISIO XXXVI. *Dub. 34.*

36 **V**icarius à tutoribus in pupillarum pecunijs accrescentis commissis, a pupillis, quamuis ipsi non peccauerint, restitui debet, postquam sciuerint per eum modum iniquum bona sua creuisse, nec absolui potest qui sic questu restitueret noluerit. Ita Nau. in Man. c. 17. nu. 253.

DECISIO XXXVII. *Dub. 35. 36.*

37 **L**ibros prohibitos etiam suæ arti vitiles, & liberos hæreticos scienter legentes, etiam studio, eorum errores cognoscendi, ut eos lucidius populo explicare, ac refellere valeant, ex communicationem Bullæ Cæne Domini incurrunta qua non nisi a Papa extra articulum mortis absolui possunt. Nec eos legendi facultatem Episcopus, nisi speciali delegatione Papæ dare valet.

Aduertendum quantum ad libros prohibitos, qui nihil de religione tractant, non teneri auctoris sententiam: Quia licet legentes huiusmodi libros peccati mortalis reatum incurrant, & Episcoporum arbitrio seuerè puniri possint, iuxta Bullam Pij Papæ IV. quæ incipit, Dominici gregis, editam anno Domini incarnationis Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vigesima quarta Martij, Pontificatus sui anno Quarto, quæ in Bullario habetur, & est 99. eiusdem in ordine, quam etiam Bullam eiusque perias Clemens Papa VIII. confirmat in Bulla sua, quæ incipit *Sacrosanctum* edita anno Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, die decima septima Octobris Pontificatus sui anno quarto; tamen in excommunicationem Bullæ Cæne non incurrunta, quod modo Bulla Cæne non comprehendit nisi hæreticorum libros, *hæresim continentes, vel de religione tractantes, ut constat ex Bulla Cæne Clementis Papæ VIII. anno Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.*

DECISIO XXXVIII. *Dub. 37.*

38 **E**piscopus post Concilium Tridentinum sess. 2. in decreto de obseru. in celeb. Miss. licentiam dare non potest Missas celebrandi apud infirmos, quamuis ante Concilium illam dare potuisset.

DECISIO XXXIX. *Dub. 38. & 39.*

39 **F**ertis tempore Curati prius infectis Sacramenta ministrare debent, ne eos sine necessarijs remedijs ad salutem mori patiantur: postea vero sanis eadem ministrare si non sit periculum in factionis, quod si adsit, illis licentiâ sumendi Sacramenta ab alijs dare debent. Arg. ca. ubi periculum maius de elec. in 6. & cap. duo mala, dist. 13. Quo tempore pestis Sacerdotes simplices cum merito magno in ciuitate manere, & cum licentia Sacramenta illis ministrare possunt: Parochi autem illa vel per se ipsos, vel per alios idoneos ministros, etiam infectis ministrare tenentur. c. Aduertitas, 7. q. 1. & S. Th. 2. 2. q. 26. art. 5.

DECISIO XL. *Dub. 40.*

40 **E**ucharistiæ delatio, & processio publica iuste omitti possunt, ubi ab hæreticis, & infidelibus dehonestatio aliqua probabiliter boni & prudentis viri arbitrio timeatur, Quia huiusmodi processiones, & deportationes publicæ iure humano institutæ sunt, & iusta ex causa legi humanæ contrauenire sine peccato licet, ut ait S. Th. 1. 2. qu. 96. art. 9. & 2. 2. qu. 147. art. 3. Archid. in c. vltimam dist. 76. & Nau. in Man. c. 23. nu. 69.

DECISIO XLI. *Dub. 41. 42. & 43.*

41 **E**cclésiasticus super Decimis per viam possessorijs seu interdictis retinendæ, vel restituendæ possessionis, vel

innouationis secularem adire potest, via tamen directa per titos, iudices seculares super huiusmodi decimis, & alijs spiritualibus quatenus spiritualia sunt, adire nequit: Arg. c. Bene quidem, dist. 96. & cap. decernimus, & ca. Quanto, de iudic. Et si de suo consensu, vel fauore, ad eundem iudicem laicum pro decimis se trahi patiat, excommunicationem decimam quartam Bullæ Cæne Domini incurrit: factus tamen si inuitus traheretur, siue pro decimis, siue pro causis beneficialibus, vel alijs causis spiritualibus.

DECISIO XLII. *Dub. 44. & 45.*

42 **S**icut Domini seculares colonos suos adscriptos, seu adscriptos glebæ terræ, quam vel ipsi, vel eorum maiores colendam acceperunt, ex eo quod cum in principio quando ad eos migrarunt, præfati Domini domos, boves & alia ad vitam necessaria colonis illis ea lege donarunt, ut ipsi & eorum filij seu successores ad manionem obligaretur, nec eam inuitis Dominis relinquere eorum fati, & l. cum scimus, & glo. in rub. C. de agri. & cons. lib. 1. cum ex eorum pagis aliò habitandi gratia transmigrant, iuste persequi, & vendicare possunt; Ita etiam ecclesiæ, & ecclesiastici viri, similes colonos & seruos adscriptos habentes, bona conscientia eodem rigore viri, & similiter se gerere circa suos subditos possunt, nec isdem emigrandi aliò, vel alterius vitæ suscipiendæ facultatem concedere, præsertim quod etiam in monasteria, & religiosis vbiq; gentium habeant donatos, & oblatos, qui licet vere religiosi non sint, Clem. 1. de decim. & gl. ibid. cap. in presentia, de probat. & ibi Panor. & in c. vl. de success. ab intest. a monasterijs tamen iuste recedere nequeunt. d. cap. in presentia, & c. vt priuilegia, de priuileg.

DECISIO XLIII. *Dub. 46.*

43 **C**lericus iurisdictionem criminalem habens, & per se metipsum cognoscens de criminibus, ob quæ imponenda est pœna mortis, vel mutilationis secuta morte, vel membri mutilatione sit irregularis, c. Sententiam. Nec clericus vel monachus per alios tamen vicarios suos generales, vel speciales delegatos prædictam iurisdictionem exerceat licet sequatur mors, vel mutilatio iusta, vel iniusta, irregularitatem non incurrit c. Episcopus, eo. tit. in 6.

DECISIO XLIV. *Dub. 47.*

44 **S**icut Iudæis officium, cui aliqua præminentia est annexa dare, vel concedere non licet: ita multo minus hæretico notorio illud concedere fas est, cum longè peior infidelitas sit hæresis, quam Iudaismus, vel Paganismus, ut ait S. Th. 2. 2. q. 10. art. 6.

DECISIO XLV. *Dub. 48.*

45 **H**æreticus quamuis in foro exteriori a solo Papa, vel eius speciali delegato absolui possit, in foro tamen interiori, seu conscientie Episcopus eum vel per se, vel per alium suum subditum absolueret valet ex Conc. Trid. sess. 24. ca. 6. de reform. cum omnis potestatem ordinariam absoluedi ex officio habens, eam alteri delegare potest cap. fin. de offic. ord. Hanc tamen potestatem generalem absoluedi hæreticos concedere, seu vicarium, vel generalem delegatum ad eos absoluedum constituere non potest Episcopus, sed tantum in casibus particularibus, cum illi occurrerint. Potest autem penitens, qui ob verecundiam, vel aliud impedimentum Episcopum personaliter adire non potest, per confessarium, vel aliquem alium eum adire, ut sic de mandato eius, per alium absoluaetur.

DECISIO XLVI. *Ex cons. 2. alias 5.*

46 **Q**ui ante Concilium Tridentinum impetrauit relectum a Papa assumendi primam tonsuram, & quatuor ordines minores, a quo malet antistite, & post quæ assumpti primam tonsuram superuenit Concilium statuens, sess. 23. c. 8. de reform. ne quis nisi a proprio Episcopo, vel de consensu eius, etiâ virtute rescripti generalis, vel specialis ordinaretur, non potest virtute præfati rescripti, sine licentia, vel consensu sui Episcopi, quatuor minores accipere: quia licet noua constitutio ad præscripta regulariter